



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amicitia uera in octo cognoscitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Amicitia uera in octo co-
gnoscitur.*

Primo in uoluntatum identitatem. Vnde Isidorus dicebat. *Isyd.*
 Amicitia est animorum societas; cuius officium est idem uelle, & idem nolle, secretò admonere, & palam laudare. Secundo in communicatione rerum. Quod Ioannes Euanglista ostendebat, cum diceret. Non diligamus uerbo & lingua, sed opere & ueritate. In amore nostro erga proximum plus bona operatio, & rerum communicatio loqui debet, quam lingua solum, ut in ipso bono opere proximus noster se amari uideat, sicut D. dicebat Gregorius. Probatio dilectionis est exhibitio operis. Terzo, in secreta admonitione, id est amicum secretò corripere, neque palam, idcirco Gregorius dicebat. *Grego.*
Ecc. 19
 Illum solum amicum meum existimo, per cuius linguam ante aduentum distincti iudicis maculas mentis meae abstergo. Et Isidorus ait. *Isyd.*
 Amicum meum non amo, nisi illum offendam, dum peccauerit. Quartto in consiliorum communicatio-

Grego.
Ecc. 19

Grego.

Isyd.

CHRISTIANA

Pro. 20. ne. Causam tuam , in proverbiis legimus , tracta cum amico tuo .

Quinto in peccati absētione. Qui cālat delictum quārit amicitias, in proverbiis dicitur . Et etiam. Qui

Pro. 17. ambulat fraudolenter , reuelat ar- chana . Qui autem fidelis est , ex-

Pro. 11. lat amici commissum . Sexto, ut uia lia eis magis quām placentia dicantur . Vnde in proverbis dicitur.

Simulator ore , decipit amicum suum. In eisdem quoque pulcrē le-

Pro. 29. gimus . Qui blandis , fictisque ser-

monibus loquitur amico suo , rete expandit gressibus suis . Septimo

ut in omni fortuna diligit; sicuti dicitur in proverbiis . Omni tem-

Pro. 17. pore diligit , qui amicus est . Vera & certa amicitia nulla ui excludi

poteſt , neque illo tempore abole ri; quocunque enim se uertit tem-

pus , semper illa firma est . Octauo,

Nec turpia rogare , nec ad preces turpia facere, alioquin uera non el-

set amicitia , quoniam in rebus tan-

tum bonis amicitia habenda est .

Nam qui ea in malo utuntur , non

sunt amici , sed pro inimicis haben-

di sunt . Vnde Philosophus dicebat .

Hæc in amicitia res fauciatur , ut

neque rogemus res turpes , neque

faciamus rogati , ut amicis honesta

petamus

A
uerbiis
o tuo.
ne. Qui
citas, in
am. Qui
uelat ar-
est, cz-
to, ut uii
ia diem
dicitur.
amicum
ulcrè le-
sque ser-
uo, rete
Septimo
t; sicuti
nni tem-
st. Vera
excludi
ore abole
rtit tem-
Octauo,
I preces
a non el-
ebus tan-
la est.
cur, non
s haben-
dicebat
atur, ut
, neque
honest
tamus

INSTITVTIO. 25

petamus, & amicorum causa hone-
ta faciamus. Vnde in ecclesiastico Eccl. 7
dicitur; Noli fieri pro amico ini-
micus proximo. Et Seneca quoque Seneca,
ille ait. Nulla est excusatio, si ami-
ci causa peccamus; &c.

Amicitia dissoluunt tria.

P Rimum est conuicium. Con-
uicum dicitur aliquod uerc-
cundum, ut cum obiicitur a-
mico: quod sit leprosus, uel seruus,
& aliquid simile. Vnde in Ecclesi-
astico dicitur. Mittens lapidem in
uolatilia deiiciet illa, id est disper-
get. Sic qui conuiciatur amico suo Ecc. 22
dissoluit amicitiam. Secundum est,
improperium. Improperium est,
ut cum amico obiicitur, quod sit la-
tro, uel tale simile. Vnde in Prover-
biis legitur. Quæ uiderunt oculi
tui ne proferas in iurgio citò, ne
postea emendare possis, cum de-
honestaueris amicum tuum. Ter-
tium est, archanorum reuelatio. Vn-
de in Ecclesiastico scriptum tradi- Eccl. 7:
tur. Qui denudat arcana amici, fi-
dem perdidit. &c.

C